



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

101. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Verospio, in causa
Fulginaten. hæreditatis. Lunæ 14. Februarii 1650.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

DECISIO CI.

Sacre Rotæ Romane coram R.P.D. Verospio.

In causa Fulginatæ hæreditatis.

Luna 14. Februarij 1650.

§. 1. **M**ortuo Petro Roscallo inter Equites obedientiæ Magistralis dum degeret in humanis præiua vorumpi castitatis, obedientiæ, ac pauperatis emissionem adscripto, cum sacra Hierosolymitana Religio successione in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubitari: An eadem, vel Erfanentissimo D. Magno Magistro exinde fuerit delata successio, & negatiua prodiit hodie solutio ex valida professionis, nondum iustificatæ defectu, in gradu præsertim Religionis, assensu Pontificis, nec erecto, nec approbato, contra Sacri Lateranensis Concilij decretum, relatum in *c. ult. de Relig. domi.* sine cuius professionis validæ concursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare, iuxta glossam in authentica ingressam in verb. *dedicant. C. de sacr. sanct. Ecclæ. ibique O. dof. n. 11. Bart. n. 32. Bald. n. 27. circa fin. Salicet. n. 7. Castr. n. 20. Alberic. n. 13. cæteræ conuenerunt Gemin. cons. 66. n. 9. Cald. consil. 23. col. 2. post med. vers. vera tamen ratio, & naturalis, usque ad fin. de Reg. Rot. in Bon. honorum 17. Nouemb. 1625. coram bon. mem. Pirouano inter impressus p. 4. tom. 3. recent. dec. 623. n. 3.*

2. Contraria verò professionis validæ probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eundem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem successivè in manibus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse prout aliam hinc eam Rota deduxit coram Mohedano decis. 10. de causa possess. & proprietatis, & in una Meten. professionis 2. Iunij 1636. coram Reuerendiss. Salamantino penes Tamb. de Iure Abb. decis. 3. n. 2.

3. Cum enim hæc sacra Religio in tres tantummodo species Equitum pro ipso institutionis initio, distincta fuerit; Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christi fidelium ensis, ac miserabilium Clypeus personarum; Alteram fratrum Capellanorum Conuentualium, ac obedientiæ; Alteram denique fratrum seruientium armorum, ac officiorum, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata tit. 2. c. 2. sup. rubr. della diuisione de gradi de fratelli dell'ordine nostro: Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis confirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt ex Sixtina Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistris Sacramento, ipsa suscepti muneris die, tantummodo approbetur, vt elicitur ex altero Statuto sub tit. 1. c. 3. in fin. de elect. Ipse proinde non potuit, nouum Equitum gradum superaddere Religionis, eadem inconsulta, de cuius obligatione, ac præiudicio per nouum gradum, ac successivam Equitis incorporationem agebatur secund. glossam in c. porreclum in verb. non facit habitum de Reg. & in c. ult. in verb. pertineat eodem tit. lib. 6. ubi etiam Ancar. in 2. notab. Franc. nu. 7. Gemin. n. 3. Ioannes Monach. n. 1. ibique Probus ad eum nu. 1. & 3. Roder. quest. Reg. to. 3. q. 17. art. 7. & alij plures relati per Sanch. ad præcepta decal. lib. 5. c. 4. n. 65. Interquisito præsertim Apostolicæ Sedis assensu, in triplicati gradus erectione antecedenter adhibito, ac in noui propterea institutione per necesse adhibendo, ad text. in

c. ult. ibique gloss. in verb. nouum. de Relig. dom. & in c. unico in princ. ibique gloss. in verbo habitum eodem tit. l. 6. & in Extrav. Ioannis XXI. vni ead. in notab. Syluest. in summa in verbo Religio il primo n. 6. Artil. n. 4. Nauarr. in comment. 1. de Regul. sub n. 2. Sin. 23. §. Roderic. q. Regul. tom. 3. q. 48. art. 3. Less. de iustitia & iur. l. 2. c. 4. n. 62. vers. 9. circa medium, & late prosequitur Azor. instit. moral. lib. 1. c. 2. 4. quæst. 3. & p. 2. lib. 5. c. 7. Sanch. ad præcepta decal. l. 5. c. 1. sub n. 19.

4. Cum maximè particulares Religionis constitutiones (quæ vt potest autoritate Apostolica, ac Magni Magistris Sacramento firmatæ ab eo debuerant in vniuersi obseruantia retineri, vt respondit Rot. in vna Melit. præaminentiarum 13. Nouemb. 1638. coram bon. mem. Pirouano impressa, p. 5. rec. dec. 209. sub n. 1. cum 19. & in Meleuitana antiquitatis 30. Maij 1639. in §. nam vltra quod talis recepta coram Reuerend. D. meo Det.) Petro oblaerent, quin inter Equites recipi possent, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordia Commissariorum relatione, ac venerabilis concilij Lingue Italicæ decreto reiecta, quæ tamen pro gradus præfati allocatione aliàs necessaria decernitur in Statuto tit. 2. c. 17. 20. & 41. rub. Chi auesse esseritio mercantia. Vel ob præfatum professionem non expleto anno probationis, tum per alterum statutum essentialiter requisito in c. 28. eod. tit. tum ex disposit. Sac. Concil. Trid. sess. 25. de Reg. in hac etiam Religione seruanda, vt respondit S. Congregatio de mens. Iunij 1599. & alias de mens. Iulij anno 1582. vt testatur Patil. de resignat. benef. lib. 6. q. 2. n. 120. & tradit Geruen. in praxi c. 20. in fine. Barbol. de officio, & potest. Episcopi alleg. 101. num. 8. & pluribus comprobatur Gratianus discept. forens. c. 363. n. 27. cum seqq. Vel ratione denique loci professionis emissæ, videlicet extra Conuentum contra alterius sanctionem Statuti eod. tit. cap. 2. Quæ proinde ipsum Religionis obligare non valuit, non solum ob defectum probationis legitimæ, vnius anni continui tempore non explete prout sanxit S. Trid. Synod. sess. 25. de Regul. adducto c. 15. & tradit Ioannes Andr. in cap. 1. de elect. lib. 6. Siluest. summa in verbo Religio 5. q. 4. Nauarr. lib. 3. cit. de Regul. cons. 34. & 37. & in comment. 1. eodem tit. n. 19. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 5. c. 5. num. 1. Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 4. dub. 7. nu. 59. Sine etiam ob resistentiam potestatis in ipso Magno Magistro, eundem cooptandi in alio Equitum gradu, præter expressos, ac incorporandi Religionis; ita quod nec obligatio reciproca induci valide poterit, prout ad effectum prædictum, potestas incorporandi legitimam necessaria foret secundum Innoc. in cap. porreclum sub n. 4. Antonius de Butrio n. 6. Ab. num. 10. de Regul. Siluest. in summa in verbo Religio il primo n. 5. & 14. Nauarr. in comment. 4. de Regul. n. 74. Less. de iustitia & iur. lib. 2. d. cap. 41. n. 10. & 61. Roderic. q. Regul. tom. 1. q. 1. art. 2. Sanchez ad præcepta decalogi l. 5. c. 4. n. 62. Rot. decis. 195. n. 14. part. 4. tom. 2. recent.

5. Obesse præterea non poterit, quod essentialis præfectio professionis in tribus votis à Petro, vt præfatur emissis, Regulariter soleat contineri, ad text. in c. cum ad Monasterium in fine, de statu Monachorum, & in c. ad Apostolicam de Reg. Diuus Thomas secunda secunda q. ult. art. 3. 4. & 5. cuiusque probatio, inde facti elici videatur.

6. Quoniam (præterquam vota illa emissæ fuerant in ordine ab Apostolica Sede nondum approbato sub titulo Religionis) licet eadem voutis obligationem erga Deum præferant efficacem, non tamen ipsum vti certæ Religionis professum obstrinere, dum præfata solummodo fuerant in manibus superioris legitima facultate carentis ipsum in Religione cooptandi, nec vti obligandi autoritate pollentis, vt bene explicat Innoc. in d. c. porreclum sub num. 5. Butrius num. 9. Abb.

Abb. num. 16. cum segg. de Regul. Nau. in comment. 1. eodem tit. n. 18. & comment. 4. n. 34. ubi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit, si que legitimo duarum interuentu personarum, quatum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsam obligationem inducat, quam quippe reciprocam professio ipsa contineat, *Less. de iust. & iur. d. l. 2. c. 4. sub num. 11. & 61. Roderic. quest. Regul. to. 1. q. 1. art. 2.*

7. Nec etiam praefato gradui, ac professioni licet inualida robur addit consuetudo efficacibus, ut ex aduerso supponitur probationibus iustificata, quamuis enim alias legitime constaret, quod Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientiae Magistralis habitum, seu deuotionis, vel aliter nuncupatum, remisso aliquantulum nobilitatis rigore, ac probationis anno; personis sibi bene visis, deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personas illas, eo decoratas, etiam si vota praedicta protulerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis piuni, ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honorato habitu praefato coonestati, Equitis nomen assumpserint, ut notat Abb. in rubr. de Regul. numer. primo Nauar. in comment. primo eod. tit. sub num. 18. in fine, & 19. & com. 35. numer. tertio, eod. tit. de Regul. *Less. de iustitia & iur. adducto capite. 41. sub numer. 62. §. 6. in fine, vers. aduerte tamen Siluest. in summa in §. Religio in primo quest. prima §. secundum fratres, & bene declarat Roderic. d. quest. prima art. secundo vers. hinc est, quod votum eorum cum segg. & tom. tertio quest. 48. art. quarto & quest. 72. art. primo §. prima conclusio, & in similibus fere terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idem Nauar. in conf. de statu Monachorum libro tertio, ipsas, licet cum habitus mutatione, ac trium sub emissionem votorum collegialiter viuentes, non tamen Religiosas inde professas esse censendas, dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi; Adeoque allegata consuetudo ad effectum de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersia non ostenditur praecise seruata, & tamen esset per se necesse probanda, secundum Oldrad. conf. 237. *Aymon. conf. 96. n. 4. Anch. conf. 339. n. 8. Casar. de Grassi. dec. 6. n. 5. de prob. & coram Seraphin. 326. nu. 2. coram Greg. 45. n. 6. 162. n. 2. & part. 3. recent. dec. 662. n. 3. & part. 1. to. 2. dec. 323. n. 24.**

3. Hinc minus ad probationem consuetudinis praefertæ deseruiunt, siue Breue sanct. me. Clem. VIII. hortantis Magnum Magistrum, qui Siculum quemdam ad habitum obedientiae Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciarct, siue literæ commendatitiae Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissæ. Siquidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attribuant neque iustificat, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse, cum ad hunc effectum Breue, ac literæ praedictæ non emanauerint ut dicitur in Clem. ult. §. similiter, ibique post gloss. per DD. communitor de sententia excommunicat. Oldrad. conf. 258. sub num. primo vers. è contra autem cum segg. Rom. conf. 180. num. 4. Rot. decif. 23. in fine de procurat. in antiq. & decif. 108. num. 3. par. 1. & decif. 154. numer. quarto par. secunda diuers. Neque ex iis valet inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pender solutio dubitationis propositæ.

9. Hinc quoque S. Religioni opitulari non poterit lapsus temporis spatio annorum 30. & ultra, à die per Petrum editæ professionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde praesumi. Etenim procedere for-

Tom. VII.

san posset obiectio, si dum temporis cursu obseruantia quoque concureret, nimirum, quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac verè Religiosus, ut vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatim necessarium tradit Abb. in cap. Albericus sub numer. tertio de testibus, Alex. conf. 12. numer. 70. & conf. 17. numer. quarto, libro quarto. & pluries respondit Rota videlicet in vna Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Innuar. 1587. coram resol. mem. Card. Pamphilio & decif. 176. num. 75. par. quinta recent. & post Pacif. de salu. decif. 170. numer. 8. & in Perusin. bonorum quarta Iulij 1608. coram Pania. Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus, deponentibus, Petrum per annos viginti quinque & ultra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem detulisse, ab eoque tempore citra inter Equites amplius agnitum non fuisse, nec reuocatum, cursus ille temporis licet longaeus; praesumptionem Pontificis assensus inducere non valet, ut notat Socin. in conf. 29. num. 20. cum segg. lib. 1. lason. in l. sciendum in 4. limit. ff. de verb. oblig. Felin. in c. licet n. 33. vers. 7. & ult. de re iud. Add. ad dec. Pur. 35. n. 7. lib. 2. Rot. coram bo. me. Cocc. decif. 301. n. 3.

10. Praedicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Trident. in vna Mittien. sub die 10. Maij 1608. qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equibus obedientiae nuncupatis emissam, nullus esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersis vim obtinent, sed iustam quoque praeserunt interpretationem, in praecedentibus casibus haecenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, iuxta gloss. in praem. Clem. in verb. de catero, Salas de leg. 97. tract. decimo quarto sect. decima secunda vers. quarto collige, ubi loquitur in specie de resolut. Sac. Congregationis praefatae Rot. coram Greg. dec. 310. num. septimo & dec. 17. num. 31. par. quarta tom. secundo recent. & in Meleuitana antianitatis 26. Maij 1640. in §. non obsar. quod praedicta ordinatio Reuerendiss. D. meo Decano; Et ad hoc Tribunali semper magna cum reuerentia suscipi solent, ut dictum fuit in Auesana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. decif. 479. num. 2. & in Meien. Abbatie 19. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Dec. & in Maioricens. parochialis 13. Iulij 1646. coram R. D. P. meo Celso, & in relatis in Calaguritana clauis 12. Ianu. 1648. in vlt. §. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hoc iuris dispositio coram me. Et ita vtraque, &c.

DECISIO CII.

Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Bichio.

Calaguritana Beneficij.

Luna 15. Ianuarij 1652.

§. 1. **O**ppositores inter admissos per sententiam Ordinarij latam de mense Maij 1647. ad integrum beneficium morte Petri la. Questa vacans in Ecclesijs Parochialibus Sanctorum Iacobi, & Andreae Ciuitatis Calaguritanae, idonei etiam ad Curam anjctarum ab Examinatoribus Synodalibus renunciati fuerunt plures, ut in Summ. Antonij numero secundo, seu Antonius Gualite non obtante quod alij à dicta relatione appellasset, fuit à Beneficiariis praesentatus & ab Ordinario institutus. Nunc in gradu appellationis de praelatione contendunt

Gg